



# Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/292746>

25

# THESES JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

BERNARDI TER HAAR,

THEUL. DOCT. ET PROF. ORD.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

*Pro Gradu Doctoratus*

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

CLAUDIUS CROMMELIN,  
AMSTELODAMENSIS.

A. D. XV M. MARTII ANNI MDCCCLX, HORA II.



TRAJECTI AD RHENUM,

APUD J. G. VAN TERVEEN ET FIL.

MDCCCLX.

Ex officina Typographia EICHEN & DUMONT.

## THESES.

---

### I.

Non faciendum cum Cl. MACKELDEY, affirmante verba „sed ad dominum proprietatis reversurum usumfructum,” in fr. 66. D. de jure dotium, „non universe intelligenda esse, sed modo pertinere ad specialem casum, quem ille locus Pandectarum tractet.”

### II.

Minus recte Cl. SAVIGNY (Syst. d. heut. röm. Rechts, IV. § 160) putat ad naturam donationis non pertinere, ut accipiatur.

## III.

Assentior doct. ELVERS (die Röm. Servitutenlehre, pag. 346) contendenti, dominum servitute „altius tollendi” recuperare facultatem, qua privatus fuerat servitute contaria „altius non tollendi.”

## IV.

Donationi ante nuptiali art. 233 C. C. non licet adjicere conditionem, qua res donata, mortuis parentibus, non in omnes, sed in nonnullos tantum ex matrimonio liberos conferatur.

## V.

Minus recte Cl. DIEPHUIS (Ned. Burg. Regt, II, § 467): „dat door den dood van één der ouders voor den ander de vaderlijke magt niet eindigt.”

## VI.

Articulus 418 C. C. minus recte a legislatore

nostro insertus est sectioni 5<sup>tae</sup>, tituli XVI. Aptus articuli locus est in sectione 2<sup>da</sup> eiusdem tituli.

### VII.

Marito, uxoris suae curatori, adjungendus est curator subrogatus

### VIII.

Superficiarius non est dominus eorum quac in solo superficiario aedificata vel sata sunt.

### IX.

Usufructuarius, etiam ante confectum inventarium, jus habet utendi fruendi.

### X.

Errare mihi videtur Cl. DIEPIJNS contendens (Ned. Burg. Regt, IV, § 319) praeceptum articuli 45 l. diei 28 M. Aug. anni 1851 (in Syntag. legum, N°. 125) hoc niti fundamento „bij onteigening ten algemeenen nutte treedt de schadeloosstelling in

de plaats der zaak en vertegenwoordigt haar als het ware, zoodat ook het regt des vruchtgebruikers daarop overgaat."

## XL.

Transactio in rebus mercatoriis sine scriptura non consistit.

## XII.

Verbis: „aan de partijen in het vorige artikel vermeld,” in articulo 846<sup>b</sup> C. M. significantur tum creditor, qui oppositionem fecit, tum debtor obae-ratus.

## XIII.

Pactio ab obaerato debitore creditoribus proposita, cui non statim subscripsit legitimus creditorum numerus ex jure nostro, nulla est.

## XIV.

Assentior Cons. DE PINTO (Handl. tot het Wetb. van Burg. Regtsv. II, 1<sup>e</sup> stuk § 142) neganti in casu

art. 178 C. de Meth. proc. in C. C. actorem semper a judice esse admittendam ad probationem falsi.

## XV.

Faciendum cum rossi (Traité du droit Pénal éd. de Brux. pag. 379): „les aggravations.... qui dérivent des qualités ou rapports personnels sont incommunicables, et demeurent à la charge de celui seulement d'entre les participants qui en est l'objet.”

## XVI.

Quae causae maleficii indolem gravant debent cognitae fuisse delicti socio ut hic poena graviori plectatur.

## XVII.

Non facio cum sententia curiae cassationis (arr. du 2 Mars 1816) voci „participé” (art. 198 C. P.) significationem verbi „commis” tribuentis.

## XVIII.

Non facio cum sententia senatus supremi (arr.

van 25 Febr. 1839) „noctem” (nuit.) in art. 384 et 386 C. P. intelligentis de spatio temporis inter ortum et occasum soli.

## XIX.

Minus recte, ut mihi videtur, Cl. J. DE BOSCH KEMPER (Wetb. van Strafvordering, I, pag. 80), „dat er gevallen kunnen zijn dat, alhoewel belanghebbenden stilzitten en er geen begin van bewijs bij geschrifte aanwezig is, er toch eene lijfstraffelijke vordering kan worden ingesteld ten gevolge van de misdaad van verduistering van staat.”

## XX.

Optandam censeo obligationem lege parentibus imponendam liberos suos in scholam mittendi.

## XXI.

Het is, mijns inziens, strijdig met de beginselen van de staathuishoudkunde om de schoone kunsten en schouwburgen uit de publieke fondsen geldelijk te ondersteunen.

## XXII.

Ter bevordering van den landbouw moet zoowel kunstmatige vereeniging als kunstmatige verdeeling van landerijen worden tegengegaan.



1911740